

**Pars** **IXI** **Ca** **XV**  
 prestigiorum et imaginum et ligaturarum. si tamen et libri illi inueniantur quod utinam auertat deus si pereat memoria eorum cum sonitu

**De idolatria temporis** **Ca** **XV** **A**

**D**um haec restat nobis loquendum de octaua parte idolatrie que est temporis. quia adeo prouexit error maleficorum. ut etiam nominibus dierum et horarum virtutem mitiorem attribuerant. et operibus maleficorum suorum illa adhiberent. unde creberrime inuenit in operibus maledictarum imaginum. Scribes in ea imagine. scilicet nomen dei. et nomen hore. et de hoc genere idolatrie est illud quod in parietibus domorum scribitur etiam hodie nomen dei. quod primo audito sunt in regno illa tonitrua. Credunt autem infamissimi multi quod virtute habet scripturae tuae sit deus? a seorsum fulgoris? qua credibilitate quod potest cogitari deus mentior. De hoc genere est vnus erit et ille. quo creduntur quedam hore fortunatae et fauste. quedam infortunatae et infauste. in rebus incipiendis aut aggrediendis. huiusmodi autem insanie faulicilis est destructio. necesse enim est ut altero duorum modorum attribuant hanc virtutem temporis. videlicet ex ipsa natura temporis aut ex alio. Quod si ex natura temporis. cum natura temporis vna sit in toto et in qualibet eius parte. eademque igitur virtus erit totius et singulorum partium ipsius. quare totum tempus faustum erit et hore singule. sicut autem totum infaustum et hore sicut autem totum neutrum. Amplius omnium virtutum ista fortissima est. videlicet fortunandi et infortunandi. prosperandi et destruendi seu ledendi. fortissima enim virtus est. qua conseruat rex cum toto exercitu suo in proelio et nauis magna in medio mari contra impetum ventorum et in undarum fluctibus. Cuiusmodi omnia ipsi attribuunt horis vel exitus ad bellum. vel ascensus in mare. Similiter conseruaciones domorum et ruinae et satorum segetum et fructuum ab omni lesione. similiter et sterilia omnia horis attribuunt. Quare sicut dixi virtutem fortissimam rei debilissime attribuunt quia et rei que accidens est. et inter omnia accidentia debilioris esse cum eius esse non sit nisi fluctus et deficio atque defectus ab ipso esse. Amplius cur temporis et non potius motui virtutem huiusmodi attribuunt. cum tempus non sit nisi mensura ipsius motus. Amplius cur temporis et non loco. cum locus sit euidenter stabilior causa et fortioris quam tempus. Amplius si ista virtus est naturalis temporis. erit maior ex necessitate in toto quam in parte. et ita maior in anno quam in mense. et quam in die et in die quam in hora. et in toto tempore quod fluxit ab origine mundi quam in qualibet hora vel die. Quod si dixerit. quia ab alio non inuenitur?